



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Paraphrasis Psalmorvm Davidis Poetica**

**Buchanan, George**

**Argentorati, M. D. LXVIII.**

**VD16 B 3125**

Psal. XXVIII. Ad te Domine clamab. &c. Carm. gen. 16.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-69145](#)

O spes salutis unica.  
 Me cari amici, me propinqui, me pater,  
 Me blanda mater liquerat:  
 At non reliquit, qui pios in asperis  
 Non deserit rebus, Deus.  
 Parens benigne me uias doce tuas,  
 Rectaqz deduc semita:  
 Ne uis metusqz ab hoste me deterritum  
 De calle recti detrahat.  
 Ne me impiorum obnoxium libidini  
 Relinque. Testes impij  
 Fingunt maligne falsa de me crimina,  
 Armantqz se mendacijs.  
 Mens uicta tantis iam fatisceret malis,  
 Ni spes soueret me tux  
 Benignitatis, post labores anxijs  
 Mox assuturum gaudium.  
 Viuusqz uiuos inter ipse commoda  
 Vitx beatx præstolor.  
 In rebus ergo turbidis ne concide,  
 Sed fortis usqz sustine.  
 Te roborabit Dominus, & cor fulciet:  
 Tu fortis usqz sustine.

## PSAL. XXVIII. Ad te Domine clamab.

*¶c.**Carm. gen. 16.*

P rinceps stelliferis altior orbibus,  
 Vitx præsidium & certa salus mex,  
 Aurem supplicijs da facilem meis,  
 Nefiam similis busta petentibus.  
 Audi uota parens, qux tibi profero  
 Supplex cum gemitu, brachia porrigens

Ad cælum tremulis per uigilignibus,  
Cælum tempa tuæ conscientia gloriæ.

Ne me connumerat cœtibus impijs,  
Neu tanquam socium plecte nocentibus:  
Quorum blanditijs illita mollibus  
Lingua est, mens gelido liuida toxico.

Illi nequitiæ præmia sunt suæ,  
Et merces studijs æqua nefarijs:  
Pro femente legant semina, pessimis  
Dignum consilijs supplicium luant.

Non his consilijs prouida uis tui  
(Qui me conspicuis tollis honoribus)  
Infecta sue manus à seclere auocat,  
Aut infesta odijs pectora mitigat.

Ergo nec series longa propaginis  
Floredit, patrias nec soboles opes  
Longæua accipiet: sed celeri genus  
Clades exitio proruet ac domum.

Laus rerum Domino, qui precibus meis  
Se non difficilem præbuit. hinc meæ  
Vires, hic clypeus rebus in asperis:  
Hinc spes, auxilium hinc nō dubium in malis.

Hinc cor gestit ouans: carminibus tuas  
Laudes ora sonant: qui populum tuum  
In rebus trepidis protegis, & tuum  
Regem ex insidijs omnibus eripis.

Custodi populum rex hominum tuum.  
Hebri fac soboles largiter omnibus  
Vitæ continuò fructibus affluat,  
Donec perpetuum sol referet diem.

PSAL.